Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uox exterior. cor intelligat intrinsecus. Sonus enim cordis est intellectus. Iubilus autem sonus est letitiae. sine uerbis. quia eis uerbis. letitia animi non potest explicari. quando uidelicet homo gaudens. ex his quae non possunt explicari uerbis. erumpit in uocem quandam exultationis sine uerbis. ita. ut appareat cum ipsa uoce gaudere. s; quasi repletum nimio gaudio. non posse uerbis explicare qd gaudet. Hic autem iubilus. fit a bonis in confessione. a malis uero in confusione. cum de terrenis a deo gaudent. Secundum uerbi gra. O) essore ut uindemiatores copia fructuum iocundantur. & de feracitate tue gaudentes. cantant. & inter cantica insertunt uoces quasdam sine uerbis. in elatione exultantis animi. & hoc est iubilatio. in psalmo. Iusti autem gaudent. iudentes mundo corde. quis dns. quanta. & quo ordine. & quam mirifice fecit. Vnde exultantes cantant & est ista iubilatio coronanda. Sequitur; seruite dno in letitia. ni necessitate. s; caritate. quia liberati estis p xpm. & ideo seruite in letitia. non murmurantes. ut iudei in deserto. murmurauerunt. Ih seruitus non est amaritudinis. nec indignationis s; felicitatis. & libertatis. Gratum. h. est redemptis. seruos esse. Seruum ergo te faciat caritas. quia liberum te fecit ueritas. Vnde dns; si manseritis in uerbo meo. uere discipuli mei eritis. & cognoscetis ueritatem. & ueritas uos liberabit. Introite in conspectu eius. in exultatione. Introite. Dixerit seruite dno. Vnde primum subdit dicens. Introite in conspectu eius in exultatione. O) agnum est primum in conspectu tanti iudicis gaudere. & accipitur hoc de futuro. ut de presenti accipitur sic. Introite in conspectu eius in exultatione. i. in conscientia exultate. ubi ds uidet. foris lingua exultare. facile est. Et sciatote quo dns ipse est ds ipse fecit nos & non ipsi nos. Et sciatote quo dns ipse est ds. Cui hoc nescit. qd dns sit ds. s; de crucifixo. hoc dicit contra iudeos; ai. no uiescit uobis que crucifixistis. & flagellastis. quia ipse est ds. & hoc sciatote ipse fecit nos. & non ipsi nos. i. omne nrm bonum. ex eo est. non ex nob. ex eo est. unde coronamur. ex nobis. unde dapnamur. & agit de bonis ut de opib; gre. ut de opib; creationis agit. ipse fec. & no ipsi nos. i. creauit nos uirtute illud. omnia per ipsum facta sunt. hoc dicit. Ne quis putet creationem nram. patribus deputandam. quis ministri. deus autem auctor. Populus eius & oues pascue eius. introite portas eius in confessione. atria eius in ymnis confitemini illi. laudate nomen eius quo suauis est dns. in eternum misericordia eius. & usque in generationem & generationem ueritas eius. Pples eius; ai. Ipse fecit nos. qui sumus Pples ai & c. Vel secundum aliam litteram que est. Nos autem pples eius sumus. & ipse rex. & oues sum. ipse pastor. pascuae eius. i. scripturarum. in quibus sagmata fidelium mentes. Introite. Secunda pars. ubi instaurius sedo genius confessionis indicit, ai. monui uos ante in conspectu eius. nec dubitetis misericordia est ei. q introite confidenter. no foris stetis. ubi sunt hostes. extra uos lupus inuenit. intrite dico. portas misericordie eius in confessione. in portis mis cum est. & confessio peccatorum. de qua hic agitur est a qua incipiemus ad misericordiam

agn. ci

ag

ci

ag

ci

ci

ag.

ci

ci

ag.